



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De venenosis & noxiis animalibus. C

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

meridiana hora, vel quælibet hora. Hæc quarta die facta sunt.

DE OPERE QUINTÆ DIEI, QVANDO
creavit Deus ex aquis volatilia &
natatilia.

DISTINCT. XV.

A

DIXIT Etiam Deus, Producant aque reptile animæ viuentis, & volatile super terram, &c. Opus quintæ diei est formatio piscium & auium, quibus duo elementa ornantur: & de eadem materia, id est, de aquis, pisces & aues creavit: volatilia leuās in aera, & natatilia remittens gurgiti.

De productione rerum mixta: unius sententiarum fidelium.

De opere sextæ diei quando creata sunt animalia & reptilia terra.

B

Sequitur, Dixit Deus, Producat terra animam viuentem, iumenta & reptilia, & bestias terræ secundum species suas, &c. Sextæ diei opus describitur, cum terra suis animalibus ornari dicitur.

Vtrum post peccatum venenosa animalia noxia facta fuerint, an propter peccatum nocere cœperint, prius facta innoxia.

C

QVæri solet de venenosis & perniciosis animalibus, vtrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint, an prius creata innoxia peccatoribus nocere cœperint? Sane dici potest, quod creata nihil homini nocuissent si non peccasset: puniendorum namq; vitiorum & terrendorum, vel probandæ vel perficiendæ virtutis causa nocere cœperunt. Fuerunt ergo creata innoxia, sed propter peccatum facta sunt noxia.

Aug. lib. de Gen. ad litteram 3. ca. 15. in princ.

Vtrum minuta animalia tunc creata fuerint.

D

DE quibusdam etiam minutis animantibus quæstio est, Vtrum in primis conditionibus creata sint, an ex rebus corruptis postea orta sint? Pleraq; n. de humidorum corporum vitiis, vel exhalationibus terræ, siue cadaueribus gignuntur: quædam etiam de

Aug. li. 3. de Gen. ad litteram in princ. 6

Z 2

corru-